



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 7 [i.e. 12]. De Irregularitate ex homicidio contracta facto,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

145 Hæc; de irregularitate ex homicidio, quæ dicto contrahitur dixisse sufficiat. Sed antequam ad eam veniamus quæ contrahitur facto, exponentum est dubium. An quis solo silentio (quo committi posse homicidium habetur ex cap. Ephesij, dist. 43.) possit irregularitatem incurtere. Distinctione vero vtendum est: si enim tractetur de alicuius occisione inter pares, aut fere pares; alijq; iudicantibus ipsum esse occidendum, vñus corum tacet, is tacendo, quia silentium ipsius non est causa mortis, non incurrit in irregularitatem, etiam si contra charitatem peccet mortaliter, non impediens do suo sermone, si pot. it. Ita Nauar. in Enchir. capit. 27. nu. 234. contra Sylvest. Quamquam tamen ex Couarr. ad Clemen. Si furiosus, par. 2. §. 2. num. 8. versu Quinto: si ipse tacens, effetis propter quem tractatur de occidente: nimur quia ciuitatem iniuriarum alij volunt vindicare, jucurceret irregularitatem tacendo: eo quod talis taciturnitas exprimeret interiorē confusum iplius, quo alij ad peragendum homicidium confirmarentur. Quos id molientes gratia ipius tenet ut impedi omni ratione qua potest: alioqui censetur dedisse causam homicidio.

Sin autem tractetur inter eos, quorum alij sunt sup. res, alij inferiores, id est, quorum alij in alios authoritatem habent, sive publicam, sive priuatam: & superiorib. in mortem conspirantibus inferior taceat: ex suo silentio non incurrit irregularitate, vt nec obligacionem ad restitutionem, prout probatum argumento à maiori: nempe, quod nec æqualis tacens incurrit alijs æqualibus conspirantibus, cum non violenter justiam. Inferioribus vero conspirantibus superior tacens si sit persona publica, quæ ex iustitia teneatur impedita tale homicidium, suo silentio incurrit irregularitatem: sicut & iustitia ministri, qui contra iustam obligationem sui officii omittunt defendere eum cui mors, aut mutilatio intentatur: per ea quæ alij in margine citatis, tradit Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 7. & notabuntur in sequenti cap. fact. ultima. Si vero sit talis persona quæ non nisi ex charitate idem homicidium impide teneatur: etiam si non impendiendo peccet mortaliter, non incurrit tamen irregularitatem, prout in eadem sectione ultima exponetur. Quod tamen iuxta Couarr. loco cit. sic moderandum est: vt si in illo gratiam, vel illius autoritate, & fauore freti, de occidendo tractent, homicidiumque moliantur, incurrit irregularitatem suo silentio: quia dat causam homicidiæ aquivalentem verbo, sufficienter inclinanti voluntatem alterius ad occidendum.

## CAP. VII.

### De irregularitate ex homicidio, contracta facto.

#### S U M M A R I V M.

- 146 Varij modi quibus facto incurritur irregularitas ex homicidio.  
 147 Non incurrit irregularitatem qui dat arma sua alicui à quo defendatur, vel qui seipsum defendat ab inuatore.  
 148 Nec incurrit qui dat ad usum licitum: ècus vero qui ad usum illicitum.  
 149 Ut committens homicidium, vel mutilationem, sic & ei auxilium in irregulari facto, nec excusat eum eo, quod det bonum.  
 150 Excusat est, cum in bello iusto pugnatur, aut talis reipub. necessitas virget, ut si quis non pugnaret, hostis illam vastaret.  
 151 Due rationes quibus hoc probatur.  
 152 De eo qui dat occasionem mortis, aut mutilationis, quando in irregularitate incurrit, aliquot casibus proprieas declaratur.  
 153 De casu in quo rixando occasio datur: aut domi alendo feram.  
 154 De eo in quo datur, exercendo chirurgi, aut medici officium.  
 155 De eo in quo datur castigando subditum.  
 156 De eo in quo datur ludendo, aut agendo aliquid periculosum, aut iuxando cum grauida.

Valerij Par. III. Tom. 3.

- 157 De eo in quo datur vociferando; aut infantes habendo secum in lecto.  
 158 De eo in quo datur colludendo.  
 159 Ratio cur in talibus, & alijs similibus casibus irregularitas incurrit.  
 160 De cooperante occisioni, vel mutilationi, ac primum de eo qui delibera te.  
 161 Quid tenendum, cum multi non de communī consilio aliquem aggreduntur, & quid de insidente vulnus lethale ei, qui ab alio occiditur.  
 162 Quid tenendum, quando plures pluri a vulnera infixerunt vias & neficiū ex quo sit mortuus.  
 163 Quid de eo qui animo occidendi percussit aliquem qui ab alio occisus est.  
 164 Quid de eo qui alicui vulnus infixit, non quidem lethale, ex eo tam, nō ob aliquam causam interuenientem mortuus est.  
 165 Quatenus irregularitas incurrit pugnando in bello iusto.  
 166 Quando omisso defensione, irregularitatem non inducat, & quando inducat.  
 167 Ratione, & exemplis declaratur quando inducat.  
 168 Quatuor conditiones quas concurrere oportet ad contrahendam irregularitatem ex defectu defensionis: & nonnulla inde deducta.  
 169 De obligatio add. defensionem ex officio publico, aut mercenaria conventione.  
 170 De aduocatis, aut Procuratoribus deservientibus patrocinium Rei ei: aut medicis, vel chirurgis negligentibus curā agri: & id genus alij contra debitum ipsorum ex iustitia.  
 171 Statutum Concilij Tridentini de dispensatione in irregularitate ex homicidio.

V Thomicidium committi, sic irregularitas contrahi facio potest primo quidem materialiter: vel dando alteri arma ut aliquem occidat: vel deducendo aliquem in locura ubi occidendum est: prout vsuenerit ei qui comitatur iudicem tanquam Notarius, aut satelles, vel custos damnati ducti ad mortem, ex Nauar. in Enchir. cap. 27. nu. 217. paterq; ex cap. Aliquantos, dist. 51. Secundo vero, effectu, nempe occidendo, vel mutilando per seipsum. Tertio, dando sufficiētē occasionem mortis, vel mutilationis. Quarto, coope-rando in alicuius occidione, vel mutilatione.

### De irregularitate incursa facto, materialiter.

#### S E C T I O . I.

D E hac, quoad cum quidam arma, notanda sunt aliquot propositiones ex Nauar. in Enchir. cap. 27.

Prima est in num. 212. Si quis inuasus ab altero cui se resistere posse diffidit, det armā sua tertio à quo defendatur, si hic inuasorem occidat, illum non esse irregularē, qui arma dedit: quia sicut potuit per se occidere in illa extrema necessitate, sic potuit per alium. Attamen qui in tali casu non licet occidere nisi cum moderamine inculpata tutela: difficultas esse potest. An si in hoc casu ille, cui arma data sunt, occidat sine co moderamine, is qui dedit fiat irregularis. Cui occurrendum est, probabile videri non fieri. Ratio est: quia danti armā in tali casu, licet per seipsum occidere propter inevitabilem necessitatem, quam ob defectum virium & industria diffidens se vitare posse, liceat siam defensionem adhibet tertium dando ei arma: quibus si perperam vtratur, non est imputandum danti: in cuius potestate non est amplius corundem armorum usus, postquam illa alteri tradidit eo fine. Imputandum igitur est in uatori qui dantem redigent in casu aguillias, vt ad vicem con eruationem dare co geretur.

Secunda proposicio est in eod. nu. 212. Si quis circa naturalem obligationem det ea intentione arma proximo, ut occidendo defendat se contra aggressorem, secuta morte aggressoris, taliter dantem offici irregularē: quia sicut occidendo per me alterius aggressorem sum irregularis, ita etiam sum occidendo eundem per alium.

Tertia, quam in sequenti num. 215, 216. & 217. Nauar. tractat, est. Eum qui dat arma alicui absq; speciali intentione, ut occidat vel mutileat: sed tantum cum intentione generali, ut præ-

146.

147.

148.

liando vincat: aut se defendat, non esse irregulariter ex secu-  
ta occisio[n]e, vel mutilatione in iusto bello, aut iusta defen-  
sione. Hanc ex eo confirmat, quod de iure canonico ir-  
regularitas non incurrit a[ccid]endo iuste prae[dict]antibus, ex cap.  
Igitur, & duobus sequentibus, 23. que[st] 8. etiam si quis assaltat  
armatus, argumento cap. finalis, De Clerico percullore: atq;  
percat propria manu: dum modo tamen ipse propria item  
manu non occidat, aut mutilet, iuxta cap. penul. De homi-  
cadio.

Incurrit autem irregularitas, per cap. Quod in dubijs, De  
penis, & cap. Sicut dignum, §. viiiij. de homicidio, ab ijs, qui in  
bello inuitu[m], in quo sunt homicida, aut mutilationes, ad-  
hortantur ceteros ad pugnam, vel ipsos pugnantes qualiter-  
cunque adiuuant, prout habet Panormit. ad capit. Petatio, De  
homicidio. Incurrit etiam ab illis qui in eodem bello suis  
manibus pugnant, etiam si neminem occidant, vel mutilent,  
vt communem sententiam esse notat Couar. ad Clemen. Si  
furiosus, par. §. 3. sub finem num. 2. Quae cum ita sint, intelli-  
gitur traditum propositionem congruere ijs, quae iure cano-  
nico constituitur de irregularitate. Ex ea enim differentia  
inter eum qui licite praeliant auxilium praebet, & eum qui  
illicite praeliantem adiuuat, aperte constat sic esse distingue-  
dum inter eum, qui ad vium licitum, & eum qui ad vium  
illicitum dat arma alteri: vt ille inde secuto homicidio, non  
incurrat irregularitatem; nisi ea intentione dederit, ut homicidio,  
vel mutilatio committeretur: hic vero incurrit.  
Videri potest Henriquez alias in margine citans libr. 14. ca-  
pit. 12. §. 4.

#### De incursa facto, effectu.

#### SECTIO II.

149.

**D**E eo qui effectu[m] committit homicidium, vel mutila-  
tionem; notandum est, iuxta cap. Si quis viduum, dist.  
50. ipsum irregularitat[em] similiter subiici, sive percussione; si-  
ue veneno, sive alia quaui ratione occidet, aut mutilauerit.  
Subiici item auxiliante; v.g. eum, qui homicidiam affo-  
ciat; ut ipsum, sive opus, defendat, quantumvis nihil aliud fa-  
ciat: mox ipsi homicide quantum portuit dissuferit perpe-  
trationem homicidij, ex D. Anto. 3. par. 1. 28. c. 2. §. 5. Itemq;  
vendente, vel commodamente scalas, funes, enses, sclopetas  
ad suspendendum, strangulandum, iugulandum, configu-  
endum, aut aliquod membrum pressindendu[m], quemad. expref-  
fit Nauar. in Enchir. cap. 27. n. 217. & alij communiter tenent.  
Quamquam, vt loco cit. notat D. Anto. per cap. De occiden-  
tis, 23. que[st] 5. excularunt, qui darent, vel commodarent  
indifferenter ad quoque; viuis: scilicet eo modo, quo ordi-  
nari[e] solent vicini vicinis.

Illud ipsum vero a Nauarr. traditum, communiterq; re-  
cepimus, aduerte sic esse verum, vt non excusat quis ab ir-  
regularitate, quoconq; bono fine cooperetur in homici-  
dio: adeo vt ipso Nauar. ibid. ex D. Anton. in eodem  
§. 5. & communis sententia, irregularis sit illa etiam qui ex ze-  
lo fidei, & animo consequendi indulgentias, ferri ligna ad co-  
burendum haereticum. Intellige viuum, quia, vt idem au-  
thor subdit, quando haereticus ante strangulatum quam com-  
buratur, irregularis non sit qui ligna detulit, nec item quan-  
do viuuu quidem comburitur, sed ipso iam mortuo, eadem  
ligna delata conceperit ignem, ita vt nihil sint cooperata  
ad mortem. Nec item ab irregularitate excusat is, qui in  
bello iusto militibus cooperatur cum speciali intentione oc-  
cisionis, vel mutilationis, vt v.g. dicendo occidere, percutire,  
displodite bombardas: vel si quis militi ad occidendum aliquem arma petenti, det, aut vltro offerat, sequaturq; inde  
homicidio, aut mutilatio, argumento cap. Petatio. De ho-  
micio.

Aduerte autem ex communis sententia, teste Couarr. ad  
Clemen. Si furiosus, par. 2. §. 3. num. 2. quod Clericus occides  
aliquem in conflcta belli, non fit irregularis, si R. Romanus  
Pontifex, qui potest super omnis irregularitate dispensare, permi-  
serit ei vt propria manu pugnaret. Porro quod idem ibidem  
addit contra Caet. 2. que[st] 40. art. 2. non esse irregularem  
Clericum, qui in bello iusto propria manu pugnando occi-  
deret, vel mutilaret in casu, in quo si non pugnaret, ciuitas,  
vel exercitus euerteretur ab hoste: et si ipse non satis confir-

mat, non omnino tamen caret probabilitate, ob duas ratio-  
nes praecipue.

Altera est, quod quamvis per cap. Clerici, & sequens, 23.  
que[st] 8. & capit. Ex multa, §. finali De voto, & voti redem-  
ptione, non sit licitum Clerico, saltem constituto in maioribus  
Ordinibus, pugnare propria manu: nec item iuxta cap.  
Sententiam, Ne Clerici, vel Monachi, munere Capitanei  
fungi: sive vt ibidem haber textus, balifarij, & alijs viris san-  
guinum preponi: nihilominus, vt Caet. ipse ibidem ex in-  
stituto docet: in memorato casu potest, imo tenetur, praef-  
tim si contra infideles agatur, propriis manibus pugnare, bom-  
bardas dirigere, si eius rei peritus sit, & alius quid facere valeat, defit: & sic de alijs id genus: quia lex positiva non exten-  
ditur ad casum in quo dispensaret legislator si praesens ad-  
fert. Qualis casus esse center potest is, quem pro necessitatibus  
gratuitate, vir bonus rationabiliter presumit talem in sua co-  
scientia. Iam siue lex est positiva, per quam Clericus pecca-  
to obnoxius fit pugnando proprijs manibus in bello: sic est  
& illa, per quam fit obnoxius irregularitati, si in bello occi-  
dat, vel mutilet. Quare siue in proposito casu non peccaret  
occidens, vel mutilans hostem: ita probabile est nec incur-  
re irregularitatem.

Altera ratio est, quam habet Dominicus Bannez, 2. 1. que[st] 40.  
art. 2. dub. 4. vbi dicitur sententiam problematis esse fata[re] ut, quod  
cum homo teneatur salutem patriæ antefere sue vite pro-  
pria, quam pro illa dum necessitas exigit, debet profundere:  
certe ius liberans ab irregularitate occidentem, vel mutilan-  
tem, ob necessariam defensionem vita propria, conscribo quoq;  
potest liberare occidentem, vel mutilantem, ob necessariam  
defensionem salutis patriæ. Adde quod, videlicet Bannez  
attigit, ex tali homicidio dici non posse irregularitas in-  
currit, nisi per defectum lenitatis. At cum adest necessitas de-  
fendenda patriæ, maxime in causa religionis, non tam occi-  
ditur, aut mutilatur ex defectu lenitatis, quam ex excessu  
ferorioris charitatis: qualis fuit in Phinees occidente Israeli-  
tam fornicantem cum alienigena. Qui quidem Phinees ex eo  
facto non est iudicio diuino habitus indigens ministerio altaris,  
sed dignus cum sua posteritate semperito sacerdotio. Eandem  
sententiam alijs in margine citatis sequitur Hen-  
riquez lib. 14. cap. 11. §. 3. lit. E, & cap. 13. §. 1. lit. I, quam & nos  
sequi possimus, vniuersitatem, & sat in praxi tutam, cum bo-  
nos autores habeat, & sat bonis rationibus nitatur. Nulla  
autem dubitatio est, quin ea locum habeat, cum quis ad ne-  
cessariam defensionem salutis patriæ occiderit, aut mutila-  
uerit non valens aliter, id est, nisi occidendo aut mutilando, vi-  
tam propriam seruare.

De incursa, dando occasionem homicidio, vel  
mutilationi.

#### SECTIO III.

**D**E eo qui dat sufficientem occasionem mortis, aut mu-  
tilationis, quando in irregularitatem incurrit, non potest  
melius explicari, quam propositis aliquot præcipuis ca-  
sibus, ex quibus de ceteris ferri potest iudicium: quales sunt  
sequentes sumptu ex Summularijs, partim in verbo Homi-  
cidij, partim in verbo Irregularitas, & ex Nauar. in Enchir.  
cap. 27. partim num. 227. & duobus sequentib. partim num. 235.  
& sequenti.

Primum est, in quo irregularitatem incurrit is, qui illicite  
rixatur, aut certat cum alio, si amici ipsius superuenientes,  
etiam ipso non consentiente, occidunt, vel mutilent. Quod  
idem iudicandum est ex eodem Nauar. num. 231. dum quis  
in iuriu[m] afficitur, si amici superuenientes eum qui iniuriarum  
infest mutilent, vel occidunt rogati, vel iussi ab ipso affecto  
in iuriu[m], aut saltem ipso sciente, & non contradicente: ni-  
si forte casus est in quo vitam alius rueri non posset: aut ad ip-  
sius defensionem occisio, vel mutilatio nullatenus fieret: non re-  
ro si ipso nesciente, aut ipso contradicente ex capit. Petrus,  
De homicidio. Cuius explicationem persequens Couarr. ad  
Clemen. Si furiosus, par. 2. §. 2. num. 8. eadem tradit. Videri  
etiam potest Henriquez libr. 14. cap. 13. §. 4. vbi (litera L) ex  
recentiori opinione admonet non esse irregulararem eum,  
qui rixæ illicitæ causam dedit tantum remotam, & quan-  
tum

tum potuit prohibuit ne corrinxans occideretur, aut mutilatur a superuenientibus.

Secundus casus est, in quo irregularis illo, qui domini bestiam ferocem alit, vel custodit: & est in culpa solundo, vel tenendo solutam, si illa occidat, vel mutilat aliquem: non intentum, cum ipse non est in culpa: vt si fera casu tantum aliquo dilaberetur.

Tertius est, in quo irregularis efficit chirurgus, vel medicus, cuius dolo, ignorantia, vel negligentia, aut audacia transgrediendi regulas suae artis, vulneratus aliquis, vel æger moritur: non efficitur vero si nulla talis ipsius culpa interueniat. Efficitur similiter irregularis ille, qui cum non habeat peritiam, evillit tulum corpori aliquius infixum; indeque sequitur vt moriatur citius, quam alioqui mortui esset. Vbi aduertere quod quamvis irregularitatem incurrat is qui Iudicem adiuuat in exequenda iusta mortis poena; non incurre tamet eum qui adiuuat chirurgum ad iuste secundum agroti membrum: quia Iudicis sententia est ad vindictam, & punitionem malefactorum: & secatio membrorum agroti, et ad ciudem salutem; pro illaque imponitur iure irregularitas, non autem pro hac, nisi ex fecantum culpa agrotus moriatur.

Quartus est, in quo excusat ab irregularitate Praelatus subditum, magister discipulum, pater filium, dominus seruum caligans, si id circumspete faciat, quantumvis mors inde sequatur: secus si non faciat circumspete. Vbi aduertere Episcopum irregulari fieri, si aliquem iuste mittat in carcere, qui breui, id est, intra decem dies moriatur omnino carceris humiditatem, factorem, vel squalorem, vel alimentorum subtractionem. Non fieri autem, si moriatur post plures dies: neque is carcer plus est aptus ad mortem inferendam, quam carcere communes: quia sicut potest quis licite se carceri tradere ad presentium peragendam: sic etiam potest illum Praelatus ob ipsius crimen: nec tenetur ei meliorem domum dare, quam sit carcer communis.

Quintus est, in quo excusat ab irregularitate is, qui hominibus ludo licite ludit cum altero, si inde mors inopinata sequatur; non autem si ludat illicite.

Sextus est, in quo itē excusat ab irregularitate is, qui dominum, vel teatum reficiens: ne quid incommodi transiuntibus eveniat, signa fixa ante dominum, & aliquid proiecturus tempore congruo clamans ante monuit: atque aliquis nihil curans transit nihilominus: qui lapide aut ligno tacitus occiditur, vel mutilatur. Si autem signo, aut dicto non præmonuit, debite, irregularis est.

Septimus est, in quo irregularis fit ille, qui ex agro suis vel alia animalia expulsus, lapidem fecit, & puerum interfecit; si quidem non fatus circumspecte fecerit; secus si adhibuerit diligentiam circumpiciendo, & admonendo, aut locum fuerit solitarius; quia, vt notat Panormitan. ad cap. Ex literis 2. De homicidio, qui proiectis aliiquid ad locum priuatum, & per quem nemo transfire conluevit, non tenetur clamare.

Octauus est, in quo saltans, aut iocans cum grauida, vnde sequitur vt ea abortiat, fœtu iam animato, efficitur irregularis, tanquam vacans rei illicita, & cum periculo hominum coniuncta. Id quod plenus Suarez tractat in tomo quinto dilut. 45. sect. 6. præsterrim num. nono, & duobus sequentibus.

Nonus est, in quo irregularis est ille, qui conspicatus sumeret vociferatur talem adesse, si eo animo vociferatus est, vt occideretur, vel mutilaretur, aut credens quod superuenientes vicini eum occisuri, aut mutilaturi essent, aut tradituri Iudici occidendum, vel mutilandum secuta morte vel mutatione. Neque excusatibus protestatione, quod non querat illius mortem, aut mutationem ex communis sententia, teste Caurru. ad Clement. Si furiosus, par. 2. §. 5. num. 3. Et ratio est, quod talis protestatio Clericum libertet ab irregularitate, quando in iudicio sit coram seculari Iudice: non item quando extra iudicium, vt patet expendenti textum in cap. Pralatis, De homicidio, in 6.

Decimus est, in quo irregulares sunt, qui habentes secum puerulos in lecto, nec adhucientes necessariam diligentiam,

ne quid aduersi patiantur, si aliquis casu suffocetur; nam illos homicidij reos esse, vt & eos qui gravida abortire fecerint, fœtu iam animato, decernitur in cap. Consulisti, secunda, quæst. 4. Monet autem Henriquez lib. 14. lib. 15. sub finem, in hac re sine lata, & mortali culpa non incurri irregularitatem: sicut nec alias ex delicto: additique causas, propter quas licet infante tenere in eodem lecto, quæ omnes reducuntur ad necessitatem, vel ipsius infantis, vel eorum parentum.

Vndeclimus est, in quo mittens puerum ad flumum, vel puteum vbi submergitur, sit irregularis, etiam si eum monuerit vt ceteret, prout addit D. Anton. 3. par. tit. 28. cap. 2. §. 4. nisi forte casus talis esset, in quo nihil poterat rationabiliter periculo cogitari.

Potremus est, in quo, vt plenus explicat Panormit. ad cap. Exhibitæ, De homicidio, irregularis est ille, qui pueritiam excedens, ludendo impedit lapidem alieui, qui declinare volens alij lapidi illius est, ac mortuus. Secus si fuit adhuc puer, nec lapis magnus fuit, neque illius inflictio grauis: quandoquidem talis ludus est licitus pueris; non item excedentibus pueritiam. Irregularis vero non est is, qui ab aliquo impulsu, vel declinans percussionem, impellit alium, & occidit: nisi id fecerit in fraudem, aut nisi potuerit præuidere periculum, & cuadre alter. Similiter irregularis est, ita infequens aliquem, vt is graue periculum timens, fugiat & in puteum, vel in flumen ex fuga decidens, moriarur, non item est, si insequatur causa laudi non prohibiti, & sine dignis magna offendis.

Quorum omnium & aliorum pene infinitorum similium ratio est, quando cumque datur occasio causâ remota homicidij vel mutilationis, si id fiat vacando rei illicitæ, aut non adhibita diligentia, curaque debita, vt nihil tale, vel quid aliud aduersum accidit, irregularitas incurritur, seculo inde homicidio, vel mutilatione: non autem si vacando rei licitæ, & debita diligentia, adhibita absque illa intentione occidendi, vel mutilandi. Cuius rei confirmationem iam proposuimus in praecedenti cap. 10. deducique potest ex cap. Clerico, & cap. Hi qui arborem, & duobus sequentibus, distinct. 50.

De incuria cooperando occisioni, aut mutilationi.

#### SECTIO IV.

**I**n confessu est apud omnes, vt notat Caur. ad Clement. Si furiosus, par. 2. §. 2. num. 2. Eum esse irregularis qui in occidendo, vel mutilando, alii vere cooperatur, vel talem fert opem, qua cessante nec præstata, occiso, vel mutilatio nequam secuta est. Pro quo textus est in cap. Sicut dignum, De homicidio, §. Illi autem, & in cap. Fœlicis, De peccatis in 6. Et ratio est, quod talis vere sit causa propinquæ sue homicidij, sive mutilationis. Sunt autem nonnulli casus in quibus an locum habeat dubium esse potest, quos in eodem §. Caur. persequitur.

Primus est: si plures consulto, deliberataq; voluntate eundem hominem aggressi fuerint, & is ex vno tantum vulnera accepto, mortuus sit. In quo casu omnes illi in irregularitatem incurre coiuntem sententiam esse idem authorum. ait. Et ratio est, quia quamvis ex hypothesi unus tantum inflixerit vulnus, ceteri tamen impediendo ne taliter se defendere posset, sententia vere cooperati.

Secondus est, si eundem multi simul aggrediantur, non quidem deliberato consilio, sed casu aliquo (vt fieri potest cum quis plures offendit, & singuli, vt causam suam agant, nullo in se communiquato consilio, ipsum eodem tempore forte aggreditur) ac cōflet quodnam ex omnibus vulneribus lethale sit, & quisnam illud inflixerit. In tali casu enim, folus es qui lethale vulnus inflixit, in irregularitatem incurrit ex communis sententia, ibidem Caurru. addit: quia folus tenetur de homicidio, & reliqui non nisi de perfusione.

Tertius est: si quis vulnus inflixit alicui, qui occiditur à tertio, antequam secutus esset eiusdem vulneris eventus. In quo casu ex eodem authore in sequenti num. 4. certum

est per cap. Significasti, 2. De homicid. irregularem esse non modo eum qui occidit, sed etiam eum qui inflxit vulnus, si de hoc constet, quod lethale fuerit. Non esse vero si constet non fuisse lethale. Quod si dubitetur an lethale fuerit, neene: quorundam sententiam fuisse refert, non incurrit irregularitatem. Sed sententia contraria est tamen, & probabilior: nam dum in dicto cap. Significasti, Pontifex non excusat irregulatatem Canonicum qui fessorio non percussit sacrili: gnis, ab aliis paulo post occisum, nisi vulnus inflatum ab ipso, lethale non fuisse constat: indicat non forse excusandum si dubitetur, vbi adiutor ex codem auctore, vt vulnus dicatur lethale non esse opus, vt tale sit ex quo mortem secuturam esse certum sit omnino: sed sufficit quod ut plurimum mors ex eiusmodi vulnera sequi soleat.

162. Quartus est: si quis à pluribus vulneretur, & tandem ex vulneribus illius moriatur, nec consterit ipsum potius ex uno, quam ex alio vulneri mortuum esse: aut certe unum tantum vulnus lethale accepit, nec appetit à quo ex pluribus, qui cum ipso confluenter illud accepit. In quo etiam causa in sequent. num. 5. idem Couar. existimat (est plerique, quos ipse refert, sicut in contraria sententia) eos omnes esse irregulares, quia cum dubium est de facto, pars tutor semper est sequenda, iuxta cap. Adiutoriam, & cap. Significasti, primo & secundo, De homicidio. Quod tamen Henriquez lib. 14. cap. 3. §. 4. lit. E in margine, bene adiutorit interpretandum esse stante dubio ante factum diligentiam. Secus est enim si post illam, aut per bonam rationem, aut per sapientiam consultationem, lumen practice deponatur. Secus est item in foro exteriori: quia ex lege Absentem est. De penit. Satius est impunitum relinqui factum nocens, quam innocentem damnare.

163. Quintus casus: si quis occidendi animo aliquem percussit. In quo casu, An percussio, statim ab aliis occiso, percussor ille irregulatatem incurrit idem Couar. num. 6. dubium est. Quia enim Summus Pontifex in memorato cap. Significasti, 2. sicut ad excusandum ab irregulitate Canonicum, cuius in casu 3. mentio habita est, requirit ut percutiendo non inflixerit lethale vulnus, sic etiam requirit ut non percussit animo occidendi: ideoque glossa ibidem ad verbum habuerit, negat excusatum: si animo occidendi percussit. Sed Couar. ipse post Panormitanum in idem capitulum, & nonnullos alios, quis refert, sentit taliter non fieri irregularem, nisi habendo voluntatem occidendi, opem vel auxilium, aut fauorem occisoribus dederit, iuxta cap. Sicut dignum, §. ultimo, De homicidio. Quae sententia mitior quidem est, non tamen caret difficultate: quoniam verba illa dicti cap. Significasti, Et si percutio voluntatem non habuerit occidendi, neque ipsius studio, consilio, vel mandato proceperit alij contra illum: videntur aperte significare, quod Pontifex loquatur de voluntate absolute, & secundum se. Non autem prout coniunctum habet studium, fauorem, &c. Nisi interpretetur illa verba, neque ipsius studio &c. addita esse explicationis gratia: nimurum ad indicandum se loqui de voluntate occidendi coniuncta cum studio, consilio, vel mandato, ex quo secuta sit occisio.

164. Sextus est: si quis vulnus non lethale inflxit alteri, qui ex illo moritur ob imperitiam medici, vel malum regimen corporis, ab ipso seruatum. In quo casu, post nonnullos alios per ipsum relat. doceat Couar. num. 9. cum qui inflixit, in irregulatatem incurrit: quia ex tali vulnera mors secuta est, tanquam ex causa propinqua, quam qui dat, est irregulans, ex cap. De cetero, tit. De homicidio: neque impedit interuentus imperitiae medici, vel mali regiminis, ut patet ex cap. Tua nos, De homicidio, vbi ab irregulatate non excusat Monachus, qui peritus artis chirurgicae, omni diligenter quam debuit adhibita, per cupiditatem non per pecten ferro tumorem in gutture aperuit mulieri: quia contra ipsius prescriptum exponens se vento, inde occubuit.

Quamquam tamen ut idem author monet, si vulnus inflixt: n, adoleu fuisse, vt nullo, vel modico medicamine, percussus possit sanus evadere: sed vulneri appositum effet venenum, ex quo mox sequeretur: non videtur vulnerans iudicandus irregulans: cum ex veneno potius, quam ex

vulnere moreretur vulneratus. Adiutor vero ad hoc ut percussor in irregulatatem incurrit, nihil referre, quod percussus aliquo post intervallo, aut intrabreue tempus intereat ex vulnere: nihil item referre, siue ex vulnere proxime, siue ex febre, aut alia infirmitate ex eo proveniente cinterit, iuxta cap. Presbyterum, De homicidio: siue etiam postquam conualuit, & iterum in infirmitatem incidit, ut gloriam ultima ibidem habet, & pater ex cap. Ad diuiditiam, eodem titulo.

Cæterum cum dubitetur an vulnus causa fuerit mortis, requiriendum est, & sequendum medicorum iudicium: vt communem Doctorum virtusque iuris consensum esse Co*un*arruias ait.

His addendum est ex eodem auctore in sequenti §. 3. num. 2. ne quidem Clericum etiam in sacris Ordinis bus constitutum propriâ manu pugnant, in quantum in eo peccaret vacans rei illicita, in bello iusto in quo multi occiduntur, aut mutilantur, offici irregularem, si neminem ipsimet in eo, vel occiderit, vel mutilauerit. Quod probatur ex cap. Petitione, De homicidio: vbi Pontifex cuidam Presbytero, qui cum aliis aduersus Saracenos confluxerat responderet: si de imperfectione cuiusquam in illo conflitu conscientia ipsum remorderet, à ministerio altaris reuenter abstinet: definiens simul irregulatatem incurri occidendo, vel mutilando in bello iusto (quod communem sententiam esse, ibidem refert Couar.) & significans non incurri, percutiendo in eo sine occidione, vel mutilatione: quod expressit D. Anton. 3. part. titul. 28. cap. 2. versus finem, & deduci potest ex cap. penultimo & ultimo, De Clerico percusso.

#### De Irregularitate & homicidio per omissionem.

#### S E C T I O. V L T I M A.

Q Via homicidij opem quodammodo praefat, quicquid cum debet, & possit defendere eum, qui occidit, non d. fudit: ex cap. Non in inferenda, & cap. Offendit, 23. quest. 3. & cap. Periculose, De penit. diff. i. & cap. Sicu dignum, De homicidio, §. illi etiam: videndum adhuc est, quo modo is qui cernens aliquem occidi, non defendendo ipsi in se potest, in irregulatatem incurrat.

Hoc autem Nauariorum cap. 27. num. 231. & 232. ac Maiolus lib. 5. De irregulatibus, cap. 48. §. 3. explicant: inquietus tamen omissionem non inducere irregulatatem (etiam peccati mortalis reum constitutum) in eo qui non nisi ex charitate defendere tenetur: sicut nec inducit ob igationem ad restitutionem, iuxta communem, ut idem Nauar. habet cap. 24. num. 7. sententiam. Ratio vero est: quia ex tali omissione nondicitur quis verbo, vel facto ad homicidium concurrere, prout necesse est ad incurram irregulatatem. Inducere autem irregulatatem in eo quidem defendere tenetur ex iustitia, vel ratione sui officij, siue publici, id est, quod habet in Republica: siue priuati, id est, quod habet in familia, vel ratione contra eum initia ad talen defensionem.

Probatur, quia tunc omissione non est nuda, sed cum subtractione dolosa adiumenti quod quis habet ad suam defensionem: cuiusmodi subtractionem inducere irregulatatem loco citato, num. 3. probat Maiolus cum autoritate Clementis Alexandrin. lib. 1. Stromatum circa medium, tum variis exemplis. Nam, inquit, si cœsus pontem transiens, tu clam auferas tabulam, ut ille cadat incautus, si ceciderit, tu eris irregulans ex ipsis morte, vel mutilatione propter illum subtractionem. Similiter si loco suspecto de incursione hostium, arma alii dolose, etiam si facias per iocum (tanquam vacans rei illicita) liges, vel surripias, ne possit se defendere, & ab illis occidatur, vel mutiletur. Item si alii noctu eunti cum lumine per locum periculosum de precipito, lumen ipsum extinguis, & ille præcepit ruens occidatur, vel mutiletur. Denique, si non ad tibi caendum, sed dolose ut mox, vel mutilatio facilius sequatur, volenti domum tuam ingredi ad declinandum aduersariorum impetu, foras oculatas, & occidatur, aut præcipitato in flumen, volenti ad liberandum apprehendere remum, vel funem,

fumem, vel schapham, haec retrahas, & submergitur. Adde si suscepis onus nunciandi alicui, vt sibi caneat ab aliquibus qui mortem ei machinantur, malitiose id non adimplas, & ille incantus occidatur.

In illis enim omnibus non minus sufficiens causa homicidiij, cum speciali intentione datur, quam cum aliquis volunt defendere eum qui occiditur, auctoritatem malitiose, vt homicidium facilius sequatur. In eo casu autem irregularitas incurrit, ut communiter post D. Anton. 3. par. tit. 28. cap. 2. s. admittitur, iamq. ante documentum. Ergo & in illis memoratis. Consequitur paret: quia omisso ipsa defensionis debet & cedens cum illa auctoritate habet malitie rationem: si quidem pars suam malitiae nosse defendere illum quem tenet ex iustitia: & impeditre volenter eum defendere: in virtute enim casu, subtrahit proximo adiumentum, quod eiad suam defensionem suppetit.

168. Aduerte autem cum Maiolo quatuor conditions concurrende debere, ut qui non defendit, irregularitas sit fecuto homicidio, quod vitatum est. Prima est, ut possit defendere. Secunda, ut ex iustitia obligatus sit defendere. Tertia, ut possit sine reru, auctororis notabilis dano. Quarta, ut sit illi manifestum perpetrari homicidium: unde multa in particulari idem Maiolus deducit.

Primum est: quando quis in priuata persona videns aliquem occidi, non defendit per negligentiam, aut ignavia, aut aliquam perplexitatem, aut certe quia non vult se alienis iurgii imficere, non incurrit irregularitatem: etiam si commode, ac tuto defendere potuisse. Imo (quod habet Nauar. in Enchir. cap. 27. num. 232. post D. Anton. circa princip. citati cap. 2.) etiam si fidelio, & delectatione mortis alterius, defensionem omitteret. Nam talis omissione nuda est: nisi fortitudinibus habeat aliquos extenuos actus, ex quibus homicida sentire cum demissione omittentem favorabilem sibi esse, indeq; audacius delinqueret. Etenim tunc vacando rei iusticie daretur causa homicidij; ex qua fecuto eo, irregularitas incurrit.

169. Secundum est: Quando is qui defendere potuit, est publica persona habens auctoritatem & iurisdictionem, malitiose non defendit aliquem dum occiditur, incurrit in irregularitatem: quia talis omissione est cum subtrahione subsidii ex iustitia debita.

Tertium est: quando quis mercenaria conuentione obligatus se ad alterum defendendum, & malitiose non defendit, dum occiditur, incurrit similiter: sicut & ille qui obligatur ex subiectione, ut filius ad defendendum patrem, & mancipium ad defendendum dominum. Non incurrit autem si promissione tantum iactatoria, aut liberali quadam defendendi oblatione, se obligasset: dummodo tamen absit dolus quo fueret homicidio.

Quartum, quando quis ex officio, aut per speciale contractum, aut per iuramentum obligatur ad asserendum euodiai viarum publicarum, ut viatores possint tuto iter facere, si malitiose non defendit aliquem, dum in ipsa via occiditur, est quoque irregularis. In quibus tribus corollaris (quorum eadem est ratio) adjuvare repeti illa verba, dum occiditur, quia omissione defensionis, quam hic dicimus inducere irregularitatem, non est ea qua quis neglit preuenire, & antevertire pericula homicidij: sed qua homicidio manifeste instante, dum ipsum est in fieri, malitiose non defendit eum, qui occiditur. Vbi adiuverte adhuc, quod idem Maiolus admonet: ut quis alterum defendisse censeatur, non esset opus ut ipsum a morte eripuerit omnino: egerit siue verbo, siue facto quidquid potuit, ut mors impeditretur.

Quintum est: si Adiuvatus, vel Procurator suscepimus a se criminis patrocinium doloso deseruant, & ob eam defensionem ille damnetur, puniantur, morte, irregulares sunt. Similiter & testis qui se examinari permittens, retinet dolosum que dicenda sunt de veritate facti ad defensionem Rei. Item Notarius qui dicta testium, & alia ad defensionem Rei facientia occultat, vel amittit dolose: ideoq; Reus ipse morte punitur.

Sextum est: quicumq; ex officio tenentur reuelare Iudicii facinora perpetranda: siue ex pacto, siue ex iuramento ad id obligantur: si scientes aliquem homicidij tractatum, hunc

dolose non reuelent, homicidiumq; perpetretur, irregulares sunt tanquam subtrahentes auxilium Iudicis, quod occisus ad mortem vitandam habebat.

Septimum est: Medicus qui publico aut priuato stipendio conductus, malitiose non vult alicui argo adhibere curam, ad quam ex officio suscepit tenetur, est irregularis, si ob desertam talen curam aeger moriatur. Idem iudicandum est de eo, qui videns aliquem in necessitate constitutum, cui ex aliqua particulari obligatione tenetur necessaria subministrare; & malitiose haec subtrahit: quorum defectu mors est secuta: verbi gratia, si medicus, vel minister aegroti alimentum, aut medicamentum, cum defectu mors fecuta est, malitiose detraxerit. Similiter si pater filio, aut dominus seruo, vir uxor in tali necessitate malitiose non vult succurrere, cum satis facile possit. Quod idem tentandum est de aliis qui omittendo, subtrahunt morienti quæ illi ex iustitia debentur, & vita conservanda adiumenta fuissent.

Antequam finem faciamus addendum est, in Concil. Trident. sess. 14. cap. 7. De reform. quadruplex distingui homicidium illicitum inducens irregularitatem: unum per industriam, alterum per insidias, tertium casu: dum quis vel vacat rei illicita sed sine debita diligentia, prout in praecedentib. tractatum est: quartum defendendo se, non seruato moderamine inculpatæ tutela. Statui autem ibidem: in irregularitate ex homicidio prime vel secundæ speciei, siue publico, siue occulto, nunquam esse dispensandum. Unde Papa quantumuis in ea dispensare posse (ut plenus tractat Couar. ad Clement. Si furiosus, par. 2. §. 3. num. 3.) id tamen rarissime facit, & cum certa moderationib. de quibus idem author in fine sequentis, num. 4. Praeterea idem Concil. Trident. sess. 14. cap. 6. dans Episcopo facultatem dispensandi in omni irregularitate prouidente ex delicto occulto, expresse excipi cam que prouenit ex homicidio voluntario. Siquidem certum est illud, de quo prius dubitabatur: nempe quantumcumque homicidium sit occultum, non posse Episcopum in eiusmodi irregularitate dispensare. Neque (vt Couar. in citati num. 4. nota) qui contrarium senserint, amplius audiendi sunt. In irregularitate vero ex homicidio tertia & quarta speciei, statui in prius memorato cap. 7. (prout illud accipit Natur. in Enchir. cap. 27. num. 239.) dispensandum esse quidem: sed dispensationem committendam esse Ordinario: qui non nisi veritate prius diligenter explorata, & cocomprobata dispensare queat. Cuiusmodi statuto significatur Papam non debere facile per se dispensare in tali irregularitate: quasi ob defectum intentionis occidenti, vel necessitatem defendenda vita, iure illi dispensatio quodammodo debeatur: sed negotium debere Ordinario committere, qui de tota causa plenius cognoscere poterit. Aduerte vero obiter solum Papam dispensare posse non modo in homicidio voluntario illicito, sed etiam in licto, etiam si occulito, quemadmodum expressit Nauar. in Enchir. cap. 27. num. 217. in fine.

### CAPUT XIII. De nona specie irregularitatis ex iteratione baptismi.

#### S U M M A R I U M.

172. Quomodo ita irregularitas contrahatur.  
 173. Ille qui per vim absolutam rebaptizatur, ab irregularitate excusat: non ite ille qui per vim conditionat, nisi hæc excusat a mortali.  
 174. Rebaptizans fit irregularis, nisi illum excusat ignorantia iniuriosi.  
 175. In dubio ex baptismi sub conditione, non incurritur irregularitas exiterat one baptismi.  
 176. Qui non baptizandi sub conditione.  
 177. Quando excusat ab irregularitate baptizatus sub conditione extra casum dubij.  
 178. Non incurritur irregularitas exiteratione sacramenti Confirmationis, vel Ordinis.